

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - III, 10 : De Eumenidibus](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - III, 10 : De Eumenidibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[25\] : De Eumenidibus](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - III, 10 : De Eumenidibus](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 11 : Des Eumenides](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 10 : Des Eumenides](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 217-227

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Euménides](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023

mundi (vt voluerunt antiqui) tanquam aliqua eius portio, in hæc corpora profecta. At enim quid est hæc anima mundi, nisi Deus omnipotens, qui omnia curat, omnia gubernat, omnia quæ veniunt in generationem dispergit ac distribuit? Quod fabulari sunt Æaci precibus formicas in homines fuisse conuersos, quid per hanc fabulam significarent antiqui explicauit Theagenes in rebus quas scripsit Æginetarum, lib. 3. quod Æginetæ petrarum erant aliquando in insula, quia frequentibus piratarum, aliarumque nationum incurfionibus infestarentur: qui cum minimè scirent resistere, in speluncis tanquam formicæ delitescerant. Æacus autem naues ædificare illos docuit, populosque ad rei militaris exercitationem euocauit: quare timore deiecto, externisque viribus paulatim resistere docti, è speluncis in apertum prodierunt: inde è formicis in homines dicuntur fuisse conuersi, vt scripsit Zetes historia 133. septimæ Ciliadis. At Strabo lib. 8. fabulæ locum datum fuisse inquit, quia formicarum more terrâ fodientes vt agriculturæ locum haberent, ad petras transferrent: fossasque incoherant, ne in ædificia sumptus facerent. alii dicunt eos prius formicarum more ex illis fructibus qui sponte nascerentur, in speluncas congestis victitasse, ignaros prorsus agriculturæ aut navigationis & omnis politioris victus, quæ omnia per Æacum edocti dicuntur è formicis in homines fuisse conuersi. Hoc ipso vsi sunt Græci deprecatores: quia virorum bonorum & iustorum & temperantium preces possunt vel vniuersis ciuitatibus à Deo veniam & calamitatum finem impetrare. atq; de iudiciis inferorum satis dictum est: nunc de Eumenidibus dicatur.

*De Eumenidibus.**Cap. X.*

AT enim quia poterat nonnullos ea fallere opinio, quod possent descendentes ad inferos sua crimina occultare, cum & pauci homines multis peccatis testes adhibeantur, & si qui fuerint testes, illos non eodè tempore esse perituros, cum prius mortui iudicentur, quam testes accesserint: necesse fuit persuadere multitudini imperitorum, quibus impressi iam erant in animo hi iudices, & tortores esse, & suppliciorum ministros his iudicibus assistere, qui mirificis modis, variisque supplicis reos confiteri quid turpe in vita egissent, cogent. Adde sunt igitur illæ quas variis de causis modo Furias, modo

Erinnyas, modò Eumenides nominarunt : quæ Iouis cœlestis & inferni mandata afficiendis meritis calamitatibus hominibus exequerentur, & quæ ministræ essent prædictorum iudicium in excutiendis cuiusq; sceleribus. Dictæ sunt autem Furie à furore, quo fontes homines ob conscientiam scelerum exagitantur : Erinnyes ab ἐριννίω, quod indignari ac magnopere commoveri significat : Seueræ a quibusdam ob acerbiteriam. Eumenides dictæ sunt ab Oreste, quia Palladis consilio illas Argos profectus placasset, à benevolentia & mansuetudine, cum prius ab indignatione Erinnyes dicerentur: vt scripsit Sophocles in OEdipode in Colono :

ὄσσοφαι καλῶθεν εὐμενίδας ἐξ ἐυμενῶν
 εἰργῶν δ' ἐχιδῶν ἄν' ἰαίτην σαρτήριον.
*Ipsas decimus Eumenidas, pectore
 Quòd supplicem seruaerunt amabili.*

Eumenidas fuisse Noctis filias testatur Lycophron in Cassandra his versibus :

ἡμοὶ θυγαῖρες πατρὸς αἰ Νυκὸς κέραι
 πρὸς αὐτὸ φέσταν τρυφὸν ὄπλασσαν μέρον.
*Fratres vbi patri puella filia
 Noctis, parauerunt graues in mutuas
 Cades.*

Et Æschylus in Eumenid.

ἡμῖς γὰρ ἰσμὴν Νυκὸς αἰαντὸς τέκνα:
Nox filia Noctis sumus grauisissima.

Alii Noctis & Acherontis filias fuisse Eumenides crediderunt.

At Orpheus in hymno quem scripsit in Eumenides, illas Plutonis, siue Iouis terrestris & Proserpinæ filias dixit in his :

κλυτὴ μου εὐμενίδας μαχαλῶνιμοι εὐφροσι βυλῆ,
 ἀγλαὲ θυγατέρες μαγάλαιο διὸς χθονίοιο
 φερσιφύοις τ' ἐρατῆς κούρης καλλιπλεκάμοιο.
*Audite Eumenides me orantem mente benigna,
 Terrestri Iouis, & casta, & dignissima proles
 Infernae Iuconis.*

Hesiodus in eo libro quem scripsit de Origine Deorum, è terra & Saturni sanguine natas esse Erinnyes putauit, cum Iupiter patri pudenda abscidit, ac guttæ sanguinis in terram cecidissent, vt est in his :

ἔσται γὰρ βλάμ' ἡγῆς ἀπ' ἰσθμοῦ αἵματος ἄσασα,

πάσαι δὲ αὐτὰ γαῖα περιλαμβάνωσι δ' ἰπαστῶν
 γούσι δ' ἑρινύς τε κρατερὰς, μεγάλας τε τίραςται.

*Tum quæ fluxerunt atro de sanguine gutta,
 Terra bibit cupidas: mox & Libentibus annis
 Edidit Erinyas hac tristes, magnosque Gigantes.*

Epimenides poeta Cretensis scriptum reliquit illas Eumonymos & Saturni filias fuisse, ut patet ex his versibus:

γύματο δ' εὐονύμωνι θαλίρην κρόισι ἀγκυλαμῆτις
 ἰατῶν καλλίκομος γύετο χρυσῆν ἠφροδίτη
 κούρῃ δ' ἀλάστοι, καὶ ἑρινύες αἰολόωροι.

*Eumonymen teneram Saturnus dixit, & illi
 Nascitur alma Venus primium, Parca inde decora,
 Æternaque: simul nascuntur Erinyes atra.*

At Sophocles in OEdipode in Colono Terræ & tenebrarum filias illas esse scribit in his:

κί γὰρ ἰμβροτοί
 θαί σφ' ἔχουσιν τε καὶ σκότι κέραι.
nam terribiles

Terra & tenebrarum tenent nata Dea.

Has ait Hesiodus in libello de Diebus esse Rixæ filias, vindictæque peccantium, in quos iussu Plutonis animadvertunt, & die quinto Lunæ natas esse:

ὡ πύμπη γὰρ φασὶν ἑρινύας ἀμοιβηταίην,
 ὄρεαι τιτυμίας, καὶ ἑρὶς τίκα πῆμ' ἐπιέρκοισι.
*Inde die quinto Eumenides versantur, & errant
 Vitrices, quas Rixa parit pœnam peccanti.*

Et Virgilius in primo Georg.

*quintam fugæ: pallidus Orcus,
 Eumenidesq; sata.*

Atque id quidem ex Pythagoriconum sententia, qui numerum illum in diebus lunaribus iustitiæ & æquitatis diem esse tradiderunt. Nam & exuperans adimit, & quod deficit, restituit æquitas, quorum utrunque est iudicis munus. Istud ipsum efficit dies quinta, quæ prima addit deficienti, cum altera quinta labentis & occidentis mensis adimat, quod est exuperans. Dicebantur Eumenides pro capillis angues contortos habere in morem cincinnorum, ut innuit Horatius in secundo Carminum:

& intorti capilli

Eumenidum recantur angues.

Sic & Catullus in Argonaut.

*Quare facta virum multantes vindice pœna
Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
Frons expirantis præportat pectoris iras.*

Et in primo Elegiarum Tibull.

*Tisiphonæq; impexa feros pro crinibus angues
Semit: & huc illuc impia turba fugit.*

Fabulati sunt antiqui neque has quidem severissimas Deas Cupidinis vim potuisse devitare, quando scriptum reliquit Menander in rebus fabulosis Tisiphonem in amorem cuiusdam pueri formosi Cytheronis nomine incidisse, cuius desiderium cum ferre non posset, verba de congressu ad illum perferenda curavit, at is formidandum aspectum veritus, neque responso quidem dignam fecit, quo illa unum è suis draconibus è capillis conuulsum in eum coniecit, quem serpens intra nodos constringens interemit, ubi Deorum misericordia mons ab illo dictus fuit, qui prius Asterius dicebatur. Sophocles præterea in Electra sic Erinnyum aripedem nominavit:

ἀδρειν

πρυπταμίνα λέχει χαλκόπους ἐρινύς.

In græcibus

Insidias Erinnyis aripes latenti.

Licet autè ex libro 7. Iliadis cognoscere has Furias tanquam anes aeriuas a poetis fuisse vocatas, quia volâtes ad iussa sceleratorum supplicia conuolarent:

ἀλλὰ τὸν καὶ μοῖρα, καὶ ἠεροῖτες ἔρινος.

Jupiter, & Parca, quæq; æra transit Erinnyis.

Has in vestibulo inferorū habitare dixerunt poete, de quibus Virgilius cecinit libro sexto:

Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci,

Luctus, & slerices posuere cubilia cura,

Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senectus,

Et metus, & maleuada fames, & turpis egestas,

Terribiles visu forma, lethumq; laborq;

Tum consanguineus lethi sopor, & mala mentis

Gaudia; mortiferumq; aduerso in limine bellum,

Ferreiq; Eumenidum thalami.

Qui idem tamen postea in duodecimo illas & ad solium Iouis

Iouis

Iovis assistere scribit, & eius nutum observare si quando mortalibus calamitates velit immittere.

*Dicuntur geminae pestes cognomine Dira,
Quae & Tartaream Nox intempesta Megaram
Uno eodemq; tulit partu, paribusq; reuinxit
Serpentum spiru, venosaisq; addidit alas.
Ha Iovis ad solium, sauisq; in limine Regis
Apparent, ac ueniunt metum mortalibus agris.*

Harum nomina, & locum ubi habitabant apud inferos, atque adeo officium declarauit Orpheus in hymno quē scripsit in Eumenides:

*κλυτα θια τεύετι μαι, ἰρήρη μαι, ἰνράς ἰρη,
Τειφείη τε καὶ Ἀλκκτώ, καὶ δία μέγα ρα·
βυαί ἰρη, μύχη, ὑπὸ καύθεισσι οἴκῃ ἔχουσα
ἀπρωῖς ἠερίησι, παρὰ στύγος ἱερὸν ὕδαρ·
οὐχ ὅσιαι βουλαῖσι βροτῶν τε πεταμῖναι αἰή.
Harrifona hac audite Dea, Veneranda propago,
Tisiphone, & simul Alleto, & diuina Megera:
Nocturna, arcana, Sumbroso qua habitatu in antro
Sacratas flumis Stygii nigrantis ad undas
Consilia ad non rella Virumq; Volatus acerba.*

Ac deinde:

*ἄλλ' αἰνέτητων πάντων ἰσ' ἀπείροτα φύλα
ἔμμα δ' ἴκη: ἰφραῖτι, δίκασπόλοι αἰνέ ἰουσω.
Iustitia qua oculos gentes torquetis ad omnes,
Iustitia affecula semper, rectique ministra.*

Cum grauiissimæ scelerum vltices haberentur Eumenides, magna fuit earum reuerentia apud omnes gentes: atque ita ut illarum nomina nemo propè auderet profecire. quare hæc inquit Electra apud Euripidem in Oreste:

*ἐνιμάζην γὰρ αἰδούμαι θεὰς
ἰουτιδες, αἰ' τίνδ' ἔξαμιλλῶνται φόβῳ.
nominare haud audeo*

Eumenides, qua istum pauore territant.

Orestes idcirco cum suas calamitates quas passus fuerat ob martis cædē Iphigeniæ in Tauris enarraret, ubi in métionem Eumenidum incidisset, illas ἀνονόμης θεὰς appellauit, hoc est Deas, quas nominare nō liceret, quia propter scueritatē nemo illas nominare auderet. ita. n. scribit Euripides in illa tragœdia:

ἴδον με πόδα

εἰς τὰς Ἀθῶνας δὴ γ' ἐπιμύθε Λαβῖας
δὶ κλυο παρασχέντ' αἰεὶ ἀκωνύμοις θῆαις.

hanc me pedem

*Apollo ferre iussit Atticum in solum,
Anonymus iussit & Deabus soluere.*

Tantus verò fuit eamm timor, ut cum cæcus OEdipus in Atticam ductus fuisset, Dearumque Erinnyum nemus intrasset, nescius cui Deorum dicatum esset, aut quæ foret eius loci religio, magnus Atticorum colonorum còkursus fuerit ad ipsum OEdipum, qui mirabantur illum eò ausum esse ingredi, cum ipsi neq; aspicere quidem lucum prætereuntes auderent, ut est in OEdipode Colono apud Sophoclem:

πλανάτας τῆς ὀφρῖος, ἔ
δ' ἰγχώριος. πρὸς ἱερά γὰρ ἔ
κάν ποτ' ἀστῆρας ἄλυσσε ἔ
τάνδ' ἀμωμάχιστα κερῶν,
ἄε τριμυμνῶν λῆγιν;
καὶ παραμυμνῶν δ' ἀδύχτων.

*Erris nam quispiam senex, at non
Indigena: non adisset is unquam
Lucum glabrum Erinnyum grauium,
Quasi tremimus vel dicere;
Nec intuentes transimus.*

Nequid sanè iniuria, cum tantopere essent granes ac implacidae, ut si quis spectandi causa vel cede vel aliquo incæsti aut impietatis genere pollutus in Eumenidum templum illud intrasset, quod illis Orestes in Cerynea Achaiae oppido dicarat, continuo fieret mente captus, diisq; terroribus exagitaretur, ut ait Pausanias in Achaicis. Illas arbitrati sunt antiqui vestibus atris fuisse indutas, ut ait Isacius, ac nigras vestes Erinnyum vestes appellarunt, quas ἰριννῶν ἰδῆρας vocauit Lycophron. Colebantur eximia religione Erinnyes in Telphusia ciuitate Arcadiae, ut ait Isacius, quibus ovis nigra prægnans mactabatur, totaque comburebatur in Carmia Peloponnesi, ut ait Sophoclis enarrator, fiebant verò illa sacra tacite, & quietis tempore, neque quisquam è nobilibus his sacrificiis interesse iure religionis poterat, ut scriptum reliquit Plemo. Tum illi sacerdotes qui hæc sacrificia faciel ant, Hesychidæ nominabantur.

bantur. Hinc & aries sacer Hiero taciturno ante solennia immolabatur, quem boni ominis gratia appellabant, cuius sacellum fuit apud Cydonios extra nouem portas. Quod verò in illis sacrificiis mulso pro libamentis meliceris etiam vterentur, testatur Callimachus in his carminibus:

μελιπλάκῃσι τῆσι δὲ ἀνὴρ μελιπλάκῃσι ὄποιαι
 ἀπὸ φροσῶν καὶ ἐν ἱλαχῶν Ἡσυχιδαις.

Mellitos succas semper teinna sacerdos

Vtere perpetuus affolet Hesychidis.

Vtebantur floribus praeterea Sicyonii pro corollis, quo ritu etiam Parcis sacrificare solenne fuit, ut ait Menander in secundo libro mysteriorum, & Pausanias in rebus Corinthiacis. Magnus erat omnino labor has inuocare, magnaq; opus erat veneficis mulieribus sacrificiorum multitudine, quae illas ad se allicerent, (nam & he plurimum conferte ad veneficam facultatem putabantur) quod patet ex iis carminibus Orphei in Argonauticis, ubi Medea sacrificat pro Iasonis incolumitate, veneficisq; conatur draconem sopire. Non enim illa sacrificia quaeuis ligna admittebant, ex quibus ignis fieret, sed cedrum tantum, & alnum, & iuniperum, & thamnum: è quibus pyra fiebat ante foueam quandam triplici ordine excavatam, tum victimarum illis sacrificiis convenientium sanguis in foueam effundebatur: ac corporum membra super pyra vtebantur, cum quibus multae res, multaq; herbarum genera miscebantur cum precibus, quorum magna pars continetur in his versibus:

σκυμνοὺς παμμίλαντας σκυλάκων σφισσὺς ἱριύσκε,
 αἶματι δ' αὖ χαλκίδου ἰδὲ ἐρέθιον ἱμῆσα,
 κινέει τε σφισσὴν, καὶ τε φύμιον ἀφθίε,
 ἀγχιόαντ' ἱριύρην, ἰδὲ χαλκίμεν. αὐτὰρ ἔπειτα
 κήϊας ἱμπλήσαι σκυλάκων σφισσοῖσι ἐν ἴσησιν
 ὕδατι, ἰδὲ δ' αἶματι χαλάσαι χεῖρῃ περιβόρην.
 ἱριύρην δ' ἰσάμαντι φέρην, καὶ ἀτιχθία χαλκίδου
 κρήνην, ἰδὲ ἀμύναι δ' ὄτραιας ἐπάκνοσιν,
 βροσσοκινῶνας ἀμφοτέρω περιβόρην,
 Περσέων τε καὶ Ἀμακτῶν, καὶ δὲ ἀμύγχαρον,
 ἀλλήλας πύκνας φόνισσας ἰλαίαι ἀίεσσαντι.

Mallian catulos tres toto corpore nigro.

Purpureatum mista & lanaria sanguinis eorum,

Scissilis & enecum, pulicaria tristis, & vna

*Additur hū anchusarnbens, & chalcimius: inde
 Oppletos ventres catularum in vase repono.
 Funditur ad foveas lymphæ, atq; omenta, canatæ.
 Induor & nigras vestes, odiosaque pulsant
 Aera vocant oro, qua me audinere repentē.
 Rumpentes tetricæ feræ, alsâ monstrâ baratris
 Accensæque tulere faces, crudelèq; lumen,
 Tisiphonæ, & simul Allecto, & diuina Megara.*

Existimabatur vinum illis omnino non placere in sacrificiis, quare OEdipus (vt diximus) cum in illarum lucum accessisset, iubetur ab accolis eius loci aquam è perenni fonte afferre, deinde pocula quædam in hunc usum parata coronate & labra & ansas lana iuuenis agnæ, vt scribit Theocritus in Pharmaceutria. Deinde cum steterit ad orientem solem inferias effundere mulsum, neque vinum villo pacto afferre: sed post effusas inferias iubetur nouem ramos oleæ ambabus manibus ter ad terram cum precibus deflectere & deicere. His Deabus creditis mos fuit Sicyoniis hominibus prægnantes oues macrare, ac mulso vti pro libamentis, floribusque loco coronari, vt traditum est à Menandro in secundo Mysteriorum. Fiebant coronæ è narcisso, quibus coronabantur his Deabus sacrificantes, quæ planta illis erat dicata: siue quia apud sepulchra plenique nasceretur, siue quia illæ torporis ac timoris essent Deæ, quod conuenit cum Narcissi nomine. Hanc fuisse plantam vnâ cum croco coronis Eumenidum dicatam, testatur Sophocles ita in OEdipode Colono:

*ὁ καλλιότρος κατ' ἡμᾶρ αἰὲ
 νάρκισσος, μεγάλην ἔπειν
 ἀρχαίᾳ σφάτωμ', ὅ τ' ἔ
 χρυσανθῆ κρόκος.*

*O pulchris racemis in dies semper
 Narcisse, magnarum Dearum
 Antiqua corona, simul &
 Aureus crocus.*

Scriptum reliquit Pausanias in Arcadicis Cererem aliquando fuisse nominatam Erinnyem, quia Neptunus, cum illius filiam querentis amore captus esset, illam conatus est vitare: sed cum in equam se Ceres vertisset, & ad Oncium inter armenta pasceretur, à Neptuno cognita nihilominus compressa est,
 cum

eum is equi formam cepisset. Id cum illa grauissimè tulisset, quia futere Arcades ἰφρυγῆ dicunt, dicta fuit eo nomine. Apud eosdem erecta fuit Erinnyis statua, quæ manu sinistra cistam, dextera facem præferebat. Plutarchus in libello quem scripsit de sera numinis vindicta, vnã tantum Erinnyem esse putauit, quæ Adrastia Iouis ac Necessitatis esset filia, vindex & scelerum ministra, & quæ omnes animas huc illuc cursitantes & tergiversantes comprehenderet, ad supplicium raperet, & in æternas, inauditas, profundissimasq; tenebras demergeret.

¶ Nunc quid hæc significant perquiramus. Nullus stimulus vel acrior vel vehementior conscientia homines ad confitendum impellere potest, quæ vel sine testibus se prodit: quare illa est diligentissima iudicum inferorum ministra. Hi timores, qui traditi sunt in fabulis, flagitiosis hominibus assiduè ante oculos obuersantur. Nam (vt ait Cicero in oratione pro Roscio Amerino) nolite putare, quemadmodum in fabulis sæpe numero videtis, eos qui aliquid impiè sceleratèq; comiserint, agitari & perterteri Furiarum tædis ardentibus: sua quemque frangit, & suus terror maximè vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiaq; animi terrent. Hæ sunt impiis assidua, domesticæque Furia, quæ noctesque diesque penas præteritorum peccatorum à consecratissimis hominibus repetunt. Atque Orestes nihil aliud esse, quàm conscientiam, commemorauit apud Euripidem in sua trægœdia, quæ ipsum pro Furis assiduè torqueret & exagitaret, vt patet ex his:

τί χρεῖμα τίχων; τίς ἔσ' ἀπὸ δ' υἱὸς ἴσος,
ἢ οὐδὲν, ὅτι οὐδὲν ἔστιν ἐμὸν ἔργον μίτος.

Mene. *Quis conficit morbum? quid est tibi malis?*

Orest. *Quòd multa feci turpia, hinc conscientia.*

Quid enim aliud sunt istæ Furia, quàm affectuum vindices, vel potius affectus commissorum scelerum causa? omnia enim flagitia quorum nobis sumus conscij, vel per inuidiam, vel per odium, vel propter spem alicuius commodi committuntur. Idcirco rictus vitio, peritæ cædes est, quòd scelus per iram aut odium nascitur, quòd vlciscitur Tiphone. Μεγάρηq; verò inuidere significat, quæ Megæra per inuidiam commissa peccata perit. At ἄνακτος nunquam cessantem significat, quæ titillatio est voluptatum: per quas in peccantes Allecto animaduert-

tit. Hæ dicuntur Noctis filix, propter inscitiam mortalium, & ignorationem rerum futurarum. Quis est enim omnium mortalium, qui non turpe putet, si rem diligentius perpende- rit, se illa propter brevissimas voluptates committere, quæ mox æterna supplicia consequentur? aut quis non intelli- gat indecorum esse homini tanquam belluam huc illuc his impuris voluptatibus agitari? ex ignoracione sui igitur na- scuntur hi affectus, qui vbi in aliqua scelera homines impule- rint, discruciatum animus, quorum recordatio sit quasi crude- lissimi & infestissimi in animo tortores. Alij Iovis terrestria & Proserpinæ filias illas esse tradiderunt, & id quidem iure optimo: nam cum Pluto præsit diuitiis, Proserpinaque sit vis frugum, vt patebit: quibus è Diis aptius oriuntur furæ, quàm è diuitiis, aut vnde apertius originem capient? quippe cum omnia scelera, omnesque voluptates è diuitiarum copia, tan- quam ex vberissimo fonte manent. Quæ tamen si ad bonum & temperantem virum affluerint, illum minimè à suo in- stituto possunt deturbare: quare videtur mihi Deus sapientis- simus facultates tanquam viaticum ad probitatem optimis earum moderatotibus, aut tanquam duces ad æterna suppli- cia impuris latronibus, concessisse. Necessè est igitur aut eximie bonum & Dei amicum esse virum opulentum, aut egregie sceleratum, & Diis hominibusque inuisum illum, qui multa possideat: quoniam nulla diuitiarum præstantia vel bonitatis vel malitiæ patitur mediocritatem. Idem scri- psisse mihi videntur, qui è turpibus partibus Saturni & ex ter- ra natas esse Erinnyes putarunt. Quid enim Saturnus est, nisi tempus? aut quid pudendæ partes, nisi turpitudines quæ in ipso tempore committuntur? terra omnium diuitiarum parens est, ex quibus nascuntur. Sunt igitur illæ animi solli- citudines, quæ ob diuitiarum facultatem exurgunt per ten- poris opportunitatem. Qui Saturni & Euonymes filias pe- rarunt, nil diuersum ab his sentiebant. Hæc, & quæ dictæ sunt superius rationes, in idem recidunt: nam qui Saturni, qui No- ctis, qui Terræ, qui Tenebrarum filias esse Erinnyes arbitra- ti sunt, solo inter se nomine differebant, re ipsa idem puta- runt. Quidam Erinnyas dictas crediderunt, quia impreca- tiones exaudirent: nam ἀπὸς imprecationes significare in- quunt, ἀπὸς γὰρ verò perficete & exaudire. Alij quia in terra ha- bitent,

bitent, cum ipsa sit terra, vixque habitare est. Dicuntur natæ Erinnyes die quinto Lunæ, ea ratione quæ dicta est superius. *Aerpedes* dictæ sunt, quia cum Dei sint ministræ, scelerumque vitrices, tardè ad impiorum supplicia mitterentur. non enim Deus repentè in sceleratos animaduertit, sed pro tarditate temporis grauitatem pœnarum plerumque compensat. *Aeriuagæ* dictæ sunt, quia scitissimè ad impiorum pœnas conuolant vbi Deus aliquos vel publicè vel priuatim punire stauisset. Ego tamen *aeriuagas* ea de causa fingi crediderim, quia vbi vel pestis, vel faues homines inuadit, vel bellorum motus excitantur in animis mortalium, id ex aere quodammodo affecto ita Deo iubente proueniat. Nam hæc tria morborum genera ita sunt inter se connexa, vt ex iisdem parentibus & eodem partu nata sint, quod ita expressit Virgilius libro duodecimo.

*Ha Ionis ad solium, sauique in limine Regis
Apparent, ac uisusq; metum mortalibus agris,
Si quando lethum horrificum, morbusve Deum Rex
Molitur, meritis aut bello terret at Erbet.*

Dicebantur habitare in vestibulo inferorum, quia solliciti sunt præcipuè animi morientium, grauiusq; torquentur recordatione præteritorum scelerum: quod etiam senserunt ij, qui dixerunt illas ad vnam Stygis in antro quodam habitare. Hoc antrum quid est aliud, nisi obscurissimus cordis & conscientie recessus, in quo latent hæc cogitationes, & animorum sollicitudines? Quod per hæc significare voluerunt antiqui soli viro bono omnia esse tuta, solamque integritatem & innocentiam homines intrepidus & tranquillos ad omnem fortunæ commutationem perducere, iam explicauimus superius: de futuris satis, nunc dicendum est de carcere impiorum.

De Tartaro. CAP. XI.

Vbi sceleratorum animæ multis grauissimisque vitiis contaminatæ per tormenta fuerint cognitæ à iudicibus: quod inter voluptates per cæterorum hominum iniurias vixerint, quod patriam prodiderint, quod multos ob diuitias fefellerint, quod propter auaritiã vel amicos, vel viros bonos, vel parentes, vel benemeritos deseruerint, & Deorum immortalium religionẽ ob pecuniam cultumve neglexerint, illæ Furis